Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8457
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek



ut filius tuus clarificet
te. Sic dedisti ei potestatem
omnis carnis: ut omne
quod dedisti ei det eis uitam
eternam. Hec est autem uita
eterna: ut cognoscant te
solum deum, et quem misisti
ihesum xpm. Ego te clarifi
caui super terram: opus consum
maui quod dedisti mihi ut fa
ciam. Et nunc clarifica me
tu pater apud temetipsum:
claritate quam habui prius
quam mundus esset apud te.
Manifestaui nomen tuum
hominibus, quos dedisti mihi de
mundo. Tui erant et mihi eos
dedisti: et sermonem tuum
seruauerunt. Nunc cognouerunt
quia omnia que dedisti mihi
abs te sunt. Quia uerba
que dedisti mihi dedi: et ipsi
acceperunt et cognouerunt
uere quia a te exiui, et credi
derunt quia tu me misisti.
Et ego pro eis rogo non pro
mundo rogo: sed pro his quos
dedisti mihi quia tui sunt.
Et mea omnia tua sunt. et
tua mea sunt: et clarifi
catus sum in eis. Et iam
non sum in mundo: et hi in
mundo sunt, et ego ad te
uenio. Offertorium. Uiri galilei
quid admiramini aspicientes
in celum hic ihesus qui assumptus
est a uobis in celum sic ueniet quemadmodum
uidistis eum ascendentem in celum alleluia.
Sacrificium tibi. Secreta.
domine pro filii tui suppli
ces uenerabili quam preuenimus
nunc ascensione deferimus.
prima quesumus: ut et nos per ipsum
his sacrosanctis commerciis
ad celestia consurgamus. per eum.
Pater cum essem cum eis. Com.
ego seruabam eos quos dedisti mihi
alleluia nunc autem ad te uenio non rogo
ut tollas eos de mundo sed ut ser
ues eos a malo alleluia alleluia. Post com.
Prima quesumus opus deus: ut sicut
humanitatis nostre
euectionem ad celos in xpi
domini nostri ascensione celebran
da preuenimus, ita eam
dignis moribus illuc uesti
gia eius imitando sequi mereamur.
Qui tecum. In die sancto.

Uiri galilei.